

Totius operis conclusio.

Physica de lucis naturæ fontibus
 initium trahens, aliquid etiam in
 lucem adfert, quod oculis videri, ma-
 nibusque tractari queat, præter ea quæ
 vulgo manifesta sunt. Et quod magis
 est, naturæ vestigia sequitur tam exa-
 ctè, vt digitum latum non aberret ab
 eius documento. Inde sibi veræ Phy-
 sices nomen assumpsit ars Destillato-
 ria, vel potiùs Latentium formarum
 investigatoria: quod in antiphysicam
 transmutaret, si ductricem naturam
 non imitaretur magis, quàm illa nihil
 agens Physica horum, quæ dicta na-
 tura docuit. Nostræ Physices finis est
 Medicina vera: imò potiùs eius filia,
 quam ex proprio suo peperit vtero, sci-
 licet Experientia: non illa, quam
 nunc explicabimus, sed alia quidem
 hac longè præstantiore. Notum est
 omnibus, Apollinem post nostræ Phy-
 sices obliuionem, primū fuisse, qui Me-
 dicinam Empiricā ob nostræ defectū,
 vel